



# Theses juridicae inaugurales

<https://hdl.handle.net/1874/313781>

THESES JURIDICAE INAUGURALES.



T H E S E S  
JURIDICAE INAUGURALES,

QUAS,

ANNUENTE SUMMO NUMINE,

EX AUCTORITATE RECTORIS MAGNIFICI

HENRICI EGBERTI VINKE,  
THEOL. DOCT. ET PROF. ORD.

Nec non

AMPLISSIMI SENATUS ACADEMICI CONSENSU

ET

NOBILISSIMAE FACULTATIS JURIDICAE DECRETO,

PRO GRADU DOCTORATUS

SUMMISQUE IN

JURE ROMANO ET HODIERNO HONORIBUS AC PRIVILEGIIS  
IN ACADEMIA RHENO-TRAJECTINA,

RITE ET LEGITIME CONSEQUENDIS,


ERUDITORUM EXAMINI SUBMITTIT

PETRUS DAMAS VAN CITTERS, J<sup>r</sup>.  
Medioburgensis.

A. D. XVI m. Januarii, a. MDCCCLV, Hora II.

TRAJECTI AD RHENUM,  
APUD G. F. KOCH.  
MDCCCLV.





Emphyteusis praescriptione constitui nequit.  
Nulla antinomia est inter L. 2 § 3 D. de donat. et  
L. 9 § 1 de jure dot.

## T H E S S.

---

### I.

Emphyteusis praescriptione constitui nequit.

### II.

Nulla antinomia est inter L. 2 § 3 D. de donat. et  
L. 9 § 1 de jure dot.

## III.

Verba in L. 72 D. de contrah. empt. «sed quo casu agente emptore non valet pactum , idem vires habebit jure exceptionis agente venditore» minime cum summo Cujacio (Observ. XIV 28) intelligenda sunt , agente emptore et se defendantem venditorem.

## IV.

Bonae fidei possessor , tam naturales , quam industriales fructus suos facit.

## V.

L. 12 § 1 D. de usu et habit. verbis «lignis ad usum cottidianum» non obstat L. 22 pr. eod.

## VI.

Domino aedium datur ex art. 1618 C. C. actio in personam in subconductorem.

## VII.

Uxor a marito in ijs vocata , indiget auctoritate judicis.

## VIII.

Vicinus , qui fructus ex vicini arbore in suum fundum delapsos collegit , eos restituere tenetur , sed minime domino arboris licet in fundo vicini glandem legere , uti statuit Toullier .

## IX.

Heredes mulieris defunctae , postquam actionem de dissolvenda communione instituit , hanc actionem exercere possunt .

## X.

Remotio tutoris , per libellum supplicationis peti debet .

## XI.

Art. 1604 C. C. non excludit probationem per scripturam , si locatio in scriptura celebrata non est .

## XII.

In art. 219 C. M. actio contra acceptantem non excluditur , quod defendo contra Regtsgeleerde adviezen III. 161.

## XIII.

Commissionarius , qui nomine committentis vendidit ,  
pretium exigere potest.

## XIV.

Eleganter legislator statuit in art. 110 C. M. praesentanti nullum jus quaesitum esse in provisione.

## XV.

Si convenerit , ut magister navis , pro certo pretio vectori alimenta praestaret , interrupto per vim majorem itinere ex art. 525 C. M. vector , pro rata tantum parte ad pretium alimentorum solvendum tenetur.

## XVI.

Minus probanda sententia Clar. DE BOSCH KEMPER  
«civitatem amitti accepta peregrina nobilitate.

## XVII.

Injusta est sententia Feuerbachii , eum qui ad mortem  
damnatum occiderit , homicidii reum non fieri.

## XVIII.

Per legem municipalem domino aedificii imponi nequit  
refectio adjacentis plateae, (kade of schoeijing) cuius  
dominium non habet.

## XIX

Civitati incumbit cura, publicae institutioni normam  
praescribendi.

## XX.

Verbi divini ministris actio in civitatem non com-  
petit de honorario.

## XXI.

Decimarum praestatio nocet agriculturae.

## XXII.

Non impediendi sunt peregrini, quo minus in nostra  
patria pecunias collocent.

19060/2

1. Dezen worden de voorstellingen van  
deze geschiedenis en de historische gebeurtenissen  
die daarin beschreven staan.

2. Dezen worden de voorstellingen van  
deze geschiedenis en de historische gebeurtenissen  
die daarin beschreven staan.

3. Dezen worden de voorstellingen van  
deze geschiedenis en de historische gebeurtenissen  
die daarin beschreven staan.

4. Dezen worden de voorstellingen van  
deze geschiedenis en de historische gebeurtenissen  
die daarin beschreven staan.

5. Dezen worden de voorstellingen van  
deze geschiedenis en de historische gebeurtenissen  
die daarin beschreven staan.

---

TYPIS J. VAN BOEKHoven.